



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

2. Quid sit pr[a]emiu[m] grati[a]e & quantum se extendat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

2. Præmium gratiæ est, quod sic dicitur, quia non respicit opus factum, sed gratuitâ Dei promissionem: quoniam ex gratia & misericordia est promissa remuneratio à Deo, qui verax est: Ideò est præmium operi, alioqui nullum esset. Est autem gratiæ præmiũ duplex, essenziale, id est, *Heupt gut vnd lohn* / Et accidentale, *der zugegeben lohn oder zugabe*. Essentiale præmium (*heupt gut*) dicitur, quia solus Christus hoc meruit sua passione, nempe remissionẽ peccatorum & vitam æternam. Hoc autem distribuitur ex misericordia gratis propter Christum credenti sine proprio merito in iustificatione Rom. 3. *Gratis iustificati estis per sanguinem ipsius. Ephes. 2. Gratia saluati estis per fidem, & non ex vobis. De hoc merito Christi dicit Apostolus Roma. 8. Qui dedit filium, omnia cum filio donauit. Hoc meritum Christi omnibus æqualiter qui credunt, dispensatur. Matthæi 20. Singuli acceperunt denarios suos. Siue igitur sint pauperes vel diuites, serui aut domini, vir aut mulier omnes ex æquo accipiunt, qui credunt in nomine eius. Hoc igitur essenziale meritum nemo potest suis viribus mereri, nempe remissionem & vitam æternam: Sed gratis donatur credenti. Nam caput nostrũ Christus hoc meruit, & donat ex misericordia gratis membris. Distribuit benẽ ex misericordia & promissione credentibus & pœnitentibus, sed propriẽ solus Christus meruit hoc, non opera nostra. In hoc Christi merito gaudet & quieta est conscientia, sicut dicit*
- Bernardus** Bernardus: Christus regnum duplici iure possidet: semel, quod passus & meruit: deindẽ, quia filius Dei. Sed quoniam ius alterius non indiget, ideo totũ mihi gratis donat: Et in eum finem dicitur, quod cœlum mereri non possumus & remissionem. Nam hæc sunt præmia pro labore alterius, id est, Christi, à quo oportet distribuatur, quicumque illorum sit particeps:

*Bernardus*

ceps:

ceps: distribuit ergo CHRISTVS gratis hæc.

Deinde est accidentale præmium, quod distribuitur etiam ex gratia Christi, propter opera nostra ex fide sequentia, vt sunt labores, martyria, persecutiones, castigationes corporis, orationes, ieiunium, vigilia, elemosyna, quæ omnia propter DEVM, & Fidem fiunt, sicuti etiam ordines, religiones, Cere- moniæ. Sunt quoque nostræ virtutes, paupertas Spi- ritus, misericordia, mundities cordis, Esuries Iusti- tiæ, Matthæi quinto. Est obseruantia præceptorum DE I. Matth. 19. Omnia illa ex sua dignitate non me- rentur cælum, sed multa alia accidentalialia præmia in hac, & post hanc vitam spiritualiter & corporali- ter & 1. Corinthiorum 3. Vnusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem. Vt ergo sunt gra- dus operum, ita præmiorum. Sicut differt stella à stella in claritate & magnitudine, 1. Corinthiorum 15. Sic erit resurrectio mortuorum, vbi alter altero clarior & opulentior erit in gloria. Dona igitur va- ria, id est, **gaben** distribuuntur fidelibus secundum gradus laborum, sed meritum salutis in Christum transfertur.

In hoc ergo Accidentali præmio non erimus o- mnes pares, sicut in Essentiali: sed reddet hic DEVS 2. Cor. 9. vnicuique iuxta opera sua, Matthæi 16. vt qui pluri- mum seminauerint, plurimum & metant. Sic plus fulgebunt S. Apostoli, Martyres, Confessores, qui sunt stellæ maiores & clariores, quàm simplices Con- fessores & fideles. Et sic nullum opus manebit irre- muneratum, nec etiam impunitum: Et sic sunt mul- tæ mansiones in domo Patris, Ioannis 14. De hoc præmio etiam gloriabatur Apostolus 2. Timoth. 4. inquit: Bonum certamen certavi; cursum consum- maui, Fidem seruaui: ideò reposita est mihi corona iustitiæ. Nullus igitur Apostolorum siue Martyrum suo opere meruit sibi remissionem peccatorum, & vitam

D

vitam

vitam æternam. Hoc omnes de plenitudine Christi accipimus. Hoc est illud capitale bonum & præmium nostrum pro salute consequenda: attamen accidentalialia præmia quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, vt Esaiæ 48. ex gratia meruerunt, iuxta gradus laborum & passionum. Diligenter ergò hæc præmia & merita distinguenda sunt, vt cuilibet quod suum est, applicetur. Nam inquit Christus: Merces vestra copiosa est in cælo, Matth. 5. Et Hierem. 31. Quiescat vox tua, quia est merces operi tuo. Et Sapient. 10. Reddet Deus mercedem laborum tuorum &c. Igitur non sunt audiendi, qui omne præmium & meritum abijciunt: Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, Hebr. sexto. At inquit carnales: Sufficit mihi Essentiale præmium, quod gratis recipio propter Christum, id est, remissionem & vitam, non curo accidentale. Et si satis habeo in Essentiale, ad quid opus erit accidentalis? Respondeo: Essentiale præmium donatur gratis, vt dictum est, sed non retinetur absque bonis operibus & obseruantia præceptorum. Si secundum carnem vixeritis, inquit Apostolus Romanorum 8. moriemini: Quoties igitur quis agit malè & peccat, signum profert, quia iustitiam & essentiale præmium vel perdidit, vel non habet. Deindè cui offertur præmium essentiale Christi, ilicò ei præcipitur, vt fructibus iustitiæ laudet Deum, Philip. 1. Postremò, qui non agit gratias Deo pro accepto beneficio, is meritò priuatur omni præmio tam essentiale quàm accidentali.

3. Quòd Deus propter Christum sua misericordia distribuit tum essentiale tum accidentale præmium, nulla est causa in nobis, sed totalis in eo, vt laudetur gloria gratiæ suæ, Ephes. 1. Igitur quicquid accipimus vel habemus, hoc totum est donum gratiæ illius, quia ultra hoc quod ipse donat, bona etiã opera  
per